1105 Anaglyphum adservatum *in the wall of a farm-house at Nether-Croy*, repertum *on the hill above it* SKINN. *At the house of Nether-Croy* STUART, THOMS. Litterae intra sertum laureum positae postea perierunt.

femina
nuda
inter
duas VI
colum-
nas
(*Venus?*) *captivus iacens*

I. Skinner Archaeologia 21, 1827 p. 458; Stuart p. 341 tab. 13 fig. 1 litteris omissis.

The female figure was intended probably for the good Genius of the Roman people Skinn. '*A female . . in the act of leaving the bath*' Stuart. Venerem genetricem puto indicari, quae eadem Victoria est.

Vi[ctoriae . . . .

1106 *At Croe-hill; I found it myself, built up in a cottage, part of it being covered over with clay* GORD., qui dono dedit baroni Clerk; inde pervenit a. 1858 in museum Edinburgense (H 148). Litterae intra tabellam ansatam.

LEG V

Contuli. Gordon it. sept. p. 56 tab. 10 fig. 4; Horsley p. 200 *Scotl.* 17 (inde Goughs Camden 4 p. 99; Hodgson 2, 3 p. 265; Stuart p. 340); catalogus mus. Edinb. p. 57.

'*An invaluable rarity of its kind*' Gord., qui putabat indicari legionem quintam. Id ferri non posse perspexit Horsleius, qui aut *leg(ionem) v(ictricem)* intellegendam esse censet aut intercidisse hastam numeri VI. Hoc verum puto; scilicet intercidit I cum coalesceret cum margine tabellae ansatae.

1107 *From Croe-hill* GORD. *From Crowyhill*, servatur apud baronem Clerk HORSL. Nunc in museo Edinburgensi (H 150), lapis centurialis.

LEG VI
VICR·F

Contuli. Gordon it. sept. p. 56 tab. 10 fig. 3; Horsley p. 200 *Scotl.* 18 (inde Goughs Camden 4 p. 99; Hodgson 2, 3 p. 265; Stuart p. 340); catalogus mus. Edinb. p. 57.

1108 Lapis centurialis, rep. *at Craigend, near Croy*. Servatur in museo Edinburgensi (H 149), cui intulit Clerk a. 1858; litteris evanidis.

Ↄ CLICONIS
ABBVCIS

Descripsi ut potui; catal. mus. Edinb. p. 57 titulo non adscripto.

VI. *BARHILL*,

STATIO PER LINEAM VALLI QVARTA?

Accedit *Miniabruch* (*Kilsyth*).

Certa extant castrorum reliquiae in situ *Barhill* dicto, qui est inter *Croy* et *Shirva* (Horsleius *Skirway*, *Skervy* Roy scribunt) vicos (cf. Horsley p. 169; Roy p. 160; Stuart p. 336), quae stationem ibi fuisse inter totius valli maximas numerandam demonstrant. Accedunt tituli, quorum unus certo oriundus videtur esse ex castris ipsis (n. 1109); reliqui duo (n. 1110. 1110*a*) ad *Kilsyth* (olim *Kilseith*) oppidum delati sunt; *Miniabruch* enim sive *Monyabroch*, ubi ponitur alter eorum (n. 1110), vetus *Kilsyth* oppidi nomen fuisse fertur. Atque ex hoc quidem titulo conici potest cohortem primam Hamiorum ibi aliquando fuisse in castris; dedicationes imperatori Pio a vexillationibus legionum positae eiusdem generis sunt, cuius per totam valli lineam tituli plurimi. Praeterea etiam anaglyphum militis ibi repertum est (Horsley p. 198 *Scotl.* 11; Monum. Scot. 9; Goughs Camden 4 p. 99 tab. 3 fig. 4) aliaeque vitae Romanae reliquiae. Si statio ibi fuit re vera, Begesse nomen a Ravennate servatum ei potest tribui.

1109 *At Barhill fort, part of a pillar* GORD. *Now in the possession of the learned Baron Clerk* HORSL. Ubi nunc extet ignoro. Infra fractam esse indicant tabulae Gordonis et Horsleii, quanquam versum nullum deesse significant, errore puto.

IMP CAES
TA E HADRI
ANToNINo
AVG PIo P P
VEXILLATIoVS

Gordon it. sept. p. 55 tab. 9 fig. 4; Horsley p. 200 *Scotl.* 16 (inde Goughs Camden 4 p. 99; Stuart p. 337 tab. 13 fig. 2).

5 *Vexillatio v(otum) s(olvit)* legerunt et interpretati sunt Gordon et Horsley, non recte; latere magis puto *vexillatio[ne]s [leg(ionis) II Au-g(ustae)* aut *VI victricis*].

1110 In Scotia prope Miniabrough GERIC. In pago Miniabruch dicto haec ex domo Ministri translata est in Nobilis domum, quae ibidem exaedificatur; iacet adhuc in area ANON. Similiter CAMD. *A stone in a gentleman's house in* . . . (lacuna in manu scripto), *almost oval and 6 foot in length, bearing this inscription;* legere est hanc inscriptionem in pariete horti domini de Kilseith. Et praeterea duos liticines (*sic*) duobus lapidibus MORT. Periit; erat cippus fastigio ornatus, cum rosis sepulcralibus.

D M
C · IVLI
MARCELLINI
PRAEF
COH·Ī·HAMIOR·

Crispinus Gericius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 306 (inde Grut. cod. Lugd. Pap. 6 f. 110; Scaliger in exemplo suo Gruteri Vaticano et ad Eusebium p. 190; Camden ed. VI [1607] p. 699; ex Scaligeri Eusebio Sibbald *hist. inq.* p. 30. 49, comm. in Agric. p. 80; Reines. 8, 27 'e Cambdeno'; Donat. p. 281, 7 et iterum p. 286, 2 'ex schedis P. Gnocchi'; Horsley 206; Goughs Camden 4 p. 95; Hodgson 2, 3 p. 265; Newton p. 115, 90; Stuart p. 338); Anonymus cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 281; schedae Mortonis 5.

De cohorte I Hamiorum dixi in praef. cap. LI (supra p. 134).

1110 *a* In pariete horti domini de Kilseith, in multum excelso lapide (praecedit n. 1110 ibidem servata).

IMP · CAES · T · AELIO
*h*ADRIA*no* ANT*on*INO
AVG·P*i*O·P P
VEX*i*LL . . . . .
. . . .
. . . .

Schedae Mortonis n. 6, quae ita tradunt v. 2 ss. ADRIA . . . ANTINO | AVG·PRO P·P | VEXELLINVS . . . Apparet titulum similem fuisse atque n. 1109. 1121. 1129. 1132. 1137. 1142, sed propter ipsam loci indicationem ab his diversum.